Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Tues dominus omnium: et nō est qui resistat vo
luntati tue. Et unus rex regum dominus deus abra
ham miserere populo tuo. quia voluerunt nos minuere nō
poterit et hereditatem tuam delere. sed despicias peccata
tuam quam redemisti. sed exaudi deprecationem
meam et propitius esto sorti et funiculo hereditatis tue
Et convertens luctum nostrum in gaudium: ut viventes
laudemus nomen tuum. Et ne pereant ora canen
tium te: domine deus nostr Salvum fac populum tuum domine
et benedic hereditati tue ℣ ad te domine clamavi deus meus ne sileas
a me ne ego similis descendentibus in lacum Secundum machabeum
In illo tempore. ascendens iesus in iherusalem assumpsit
duodecim discipulos suos secreto et ait illis. Ecce
ascendimus iherusalem et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum: et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis adorans et petens aliquid abeo. Quid vis. Ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram: in regno tuo. Respondens autem iesus dixit. Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum: Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam et sinistram non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocavit eos ad se et ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum et qui maiores sunt po